



Theses inaugurales delineantes fideicommissum tacitum

<https://hdl.handle.net/1874/343793>

19.

THESES INAUGURALES
DELINEANTES
FIDEICOMMISSUM
TACITUM,

Quas
PRÆSIDE SUPREMO NUMINE,
Auctoritate Magnifici D. Rectoris,

M. GERARDI de VRIES,

Philosophiae Doctoris, ejusdemque Facultatis in Illustri
Academiâ Ultrajectinâ Professoris Ordinarii,

NEC NON

Amplissimi Senatus Academici consensu, Nobilissimaque
Facultatis JURIDICÆ Decretō,

PRO GRADU DOCTORATUS

Summisque in UTROQUE JURE Honoribus & Privilegiis
ritè ac legitimè consequendis,

Publicè disputabit

GEORG. ITEL SWENDER. OSNABRUG. WESTPH.

Ad diem 7. Julii horâ locoque solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officinâ FRANCISCI HALMA, Academix
Typographi, clc Ioc xcii.

THESE ARE IN A N U C U R A L E S
S A L I N A K T A S

LIDEI COMMISSEM

T A G I T U M

G U A S

P R E S I D E S U P E R E M O N U M I N I

M : G R A R D I G E V R I E S

H y p o l o p i s D o g o n e , e l u q u e d a s H o c h u t a i s I l l u f i n i
V a c q u e n y D u l u g u i n T a l o g u i s Q u i n u i

N E C N O N

A l l u l i s s a n d r u s J a m b o n a s s a
J a v a d i c a s P u n a s

P R O C R A D U D O C T O R A T U S

S u m m a r i s U T R O Q U E S I T R E H o m o n i m i

T h i n g t h a t h a s t h e s a m e n a m e

G E O R G I T E L L S A N D R U S O n a n o s W h i t e

R e d i s t r i c t i o n o f a n a t o m y



T A L E S O F A R H a n d u n

E x O n i c y E R A N I C I S I H a n d u n A c c e s s o r i e s
T h y g o d o n i s c i s I c o n o l o g y

САЛА О. Д. А. В. ЕСЕНТ
THESES INAUGURALES

DELINÉANTES

FIDEICOMMISSUM TACITUM,


Um præsens propositum dissertationem efflagitaret, sum si præsentem materiam, seu quod separatim elaborata non extet, seu quod pinguior ratiociniis & disputationibus in utramque partem occasio expeditaretur, confeci ut vides, & ex jure necessitatibus facile excusabor, adeoque si quædam, aut tota dissertatione non placeat, quoconque modo censuram explices, per me licet, neque enim id quibuscunque insinuandi formulis impediri potest, nec opus est, quod si quædam approbatione non indigna credideris, gratias habeo maximas.

C A P . I . T H E S I S I .

Testamentorum & Ultimarum voluntatum materiam admodum intricatam & controversiarum fertilissimam esse, in aprico est, in hoc vero fideicommissorum & quæ his affinis est substitutionum,
A omnino

4 THESES INAUGURALES

omnino eminet, utpote quæ in obscuris nata, conjecturis & disputationibus educata, & adhucdum post confirmationem licet Augusti, mutritur iisdem.

II.

Nam leges romanæ in statu populari à successione arcebant quosdam ob delictum, ex ratione civili quosdam, hinc duplex genus incapacium, hæreditatis scilicet ab intestato, & ex testamento directo; nam singularis affectio compulit sæpe ut quos hæredes directo instituere liceret, rogarent instituere illis quibus leges vetabant; Quod pro diversitate incapacium diversum effectum habebat, deportatis enim & qui cives romani non erant, simpliciter non licuit, ut ut hoc casu testatores juramento sæpe adstringebant hæredes Cic. l. 1. in *Verr.* fæminis vero quas indistincte lege voconia, (licet obster Paulus l. 4. sentent. 8. quem reprehendit Bach. ad pr. f. de fideic. in verbis sciendum iraque) hæredes facere non licuit, seu quod salva honestate familiæ emptores esse non poterant, perinde ut nec postulare, nec testes esse in testamento, seu quod favor et conservatio familiæ istud suppeditarent. restituere, non solum permisum erat, sed ut honestum commandatur à Cicer. l. 2. de finib. Sic enim; *tenuit per magnam sextilius* (hæres directus seu fiduciarius) hereditatem, unde si *secutus esset eorum sententiam*, qui honesta & recta emolumentis & commodis anteponere, ne numnauni quidem attigisset. Sed & prioribus aliquando restituere permisum erat, dummodo rogatio palam & in testamento fieret, tacitum enim fideicommissum & quod clam v. g. in chirographo, vel alias extra testamentum vel codicillos siebat, confiscatione puniebatur, eo, quod in fraudem legis factum censeretur l. 1. pr. ff. de jure fisci Wissemb. ad f. D. 27. th. 6. non obstante quod & hæc ratio tum, cum palam relinquebatur, applicari posset, multa enim ob nimiam juris civilis scrupulositatem, indirecto licent, quæ in directo prohibentur l. 77. l. 195. ff. d. R. f. ibid. Bronckhorst. Ergo & in fideicommissis idem correctum, & quæ antea perinde ut pactum nudum, obligationem naturalem & ne quidem producebant. v. Schilter Exerc. 40. §. 4. plenum robur ab Augusto accepérunt §. 1. f. de fideicom. hæred. nomine igitur fideicommissi saltē remante, res ipsa sublata, ut sæpius in Jure contingit Wissemb. d. D. 27. thes. 4. à directa institutione nonnisi formulis & SCto trebeliano differt. Plura de origine fideicommissorum v. ap. Eberlin ad

l. 2.

D I E L I N E A N T E S .

I. 2. §. 35. de Origine Juris Vinn. ad pr. f. de fideic. hered.

III.

Adeo ut maxime favorabilia nunc censeantur. pr. f. de fideic. verb. tantusque favor eorum factus. (licet odiosa esse & textus & DD. quamplurimi affirment : de quo infra) quod in primis in tacito nostro fideicommissio verum est.

IV.

Quoties scilicet ex testatoris facto , verbis æquipollentibus expref-
ſæ rogationi aliisve legitimis conjecturis , & præsumptionibus constat
testatorem velle alium quam qui aut antea expreſſe scriptus aut ci-
tra testamentum à lege vocatus erat , habere hæreditatem. Sane di-
viſio fideicommissi in tacitum & expressum & legibus v. l. 19. §. 1.
ff. ad SCt. Treb. l. p. ff. d. leg. 1. 64. ff. de leg. 2. & Doctoribus pro-
bari potest. Carpz. L. 6. R. 35. n. 1. Richter. p. 1. D. 62. n. 9. & expreſſe
habet Tuld. in C. de fideic. n. 1. perinde ut pacta & contractus vel
expresso vel tacito constant consensu. Quænam vero conjecturæ suf-
ficiant de co inferius.

V.

Ergo cum ejusmodi fideicommissum, quod & intellectum , & uti-
le appellat Cl. Schifflein, de Jure fideicom. l. 2. C. 8. tacita voluntate
nitatur , diversa species , est ab illo tacito fideicom. de quo in
thes. præc. 2. ubi tacitum & clanculum pro eodem habentur ; denique
quoad jus transmissionis differt à substitutionibus. Sardus l. 3. Conf.
443. n. 6. nisi paritas affectionis erga substitutum ejusque hæredes
idem suadeant Weemb. Confil. 44. n. 19. Brun. Confil. 3. n. 15. quod
de directis intelligo , nam & fideicommissum ſepiffime per substitutionem
relinquitur & tum mixta species efficitur , ex ſubstitutione
& fideicommisso participans , quæ observatio utilissima Schilter Ex.
40. §. 44. & ab uſufructu legato , quæ interdum confunduntur Me-
noch. l. 4. præsumpt. 133. n. 12. & præf. 145. n. 7. Brunneman. Conf.
34. n. 14.

V I.

Ab expreſſo fideicommisso quomodo differat , per se patet , con-
venit vero , quod sicuti expreſſum , ita & tacitum ex testamento &
ab intestato relinqui poſſit l. 1. §. 5. ff. ad SCt. Treb. actibus inter vi-
vos pactis scilicet hæreditatiis hodie , non etiam jure civili. Et in
specie fideicommissum etiam in Contractibus constitui poſteſt Klock. V.

6 THESES INAUGURALES

2. *Conf. 17. Richter D. 26. n. 30.* sic mortis causa donatione fideicommissum constitui posse non dubitatur, cum ejusmodi pacta sub testamentis & ultimis voluntatibus ex recepta consuetudine contineantur *Peck. de testam. Conjug. l. 4. C. 4. n. 1. Mev. ad jus Lub. l. 1. T. 9. art. 2. n. 20.* ubi & vocem hæreditis etiam ad actus inter vivos applicari, modo jus aliquod universale, vel pleraque bona ita devolvantur, adeoque ab uno ad aliud in effectu valet *Conseq. per l. 1. §. 1. ff. de Don. mortis. caus.* Idem in pactis dotalibus, si vocibus universalibus utantur *van der verlaetenschap item op den dodesfall.* in specie quoad fideicom. v. g. *wanneer dat diese oder iener sterven word Brun. Consil. 23. n. 4.* sed impropprie hoc intelligit *B. Musculus de Succes. Anom. Memb. 1. Cl. 1. Concl. 1. lit. F. per l. 9. pr. ff. de duob. reis cum regulariter ita ineantur ut uni invito resilire non licet; sed nego suppositum receptissima enim distinctio est quod vel per modum ult. V. ineantur, vel per modum contractus, priori casu utique uni invito resilire licet. l. 32. ff. de mort. caus. donat, junct. l. f. §. f ff. de jure Dot. l. 4. ff. de adim. leg. *Stryk. de Cautel. S. 3. C. 8. §. 17. 18.* Interim verum est ejusmodi fideicommissa mixtum genus constituere ex successione testamentaria & ab intestato *Schilter. Ex. 40. th. 53.* Item in contractu depositi *l. 26. pr. ff. depositi. l. 77. de leg. 1. Huber. pralect. p. 3. l. 36. Tit. i. memb. 2. §. 6.* & ultima voluntate *Schilter. Ex. 40. §. 35. & 45.* Item quod de rebus omnibus, vel quibusdam saltem, purum vel conditionale, & hoc subdividitur quod vel transmissibile vel non transmissibile, de quo inferius, & *Christinans V. 1. D. 244. n. 4.* reale vel personale, quæ divisio, credo, coincidit cum illa, qua dividitur in simplex & graduale, quod posterius à quibusdam pro fideicommisso familiæ simpliciter supponitur, sed perperam, licet regulariter favore familiæ concedatur *v. Menoch. l. 4. pres. 69. per. tot.**

V I I.

Tacitum itaque fideicommissum tum subesse intelligitur cum actus v. g. testamenti substitutionis, donationis inter vivos vel mortis causa, pactorum dotalium, &c. non valet in vim ejusmodi actus expresse initi, fortasse quod solennitates neglectæ, vel ejusmodi quæ extrinsecus à legibus additæ sunt, sed fideicommissi.

VIII. Id

Id quod omnibus licet relinquere omnibus quibus testamenti factio activa & passiva competit l. 103. ff. de leg. 1. l. 10. C. de his quib. ut in dign. Ita tamen ut ejusmodi fideicommissi inductio semper naturam sequatur ejus ex quo deducitur pro uti & in thes. 10. seq. exemplum prostat; Ergo matris substitutio pupillaris non valet in vim fideicommissi si clausula codicillaris non sit adjecta Carpz. p. 3. C. 8. D. 17. cum nec hodie liceat matri liberis impuberibus pupillariter substituire idem def. 16. vulgaris tamen, & licita matris substitutio est hæc: liberos meos hæredes instituo, & si ante 14. annum moriantur eis substituo Cz. l. c. D. 12. n. 1.

Ab omnibus hæredibus testamentariis & ab intestato venientibus etiam fideicommissariis §. 10. f. de fideic. ibid. Vinn. junct. l. 8. §. 1. ff. de jure Codicill. l. 1. §. 6. de leg. 3. Ergone à præterito? non videtur, nam quem non honoro eum nec gravo l. 6. in f. ff. de leg. 3. l. 9. C. de fideic. & qui ex lege vel statuto succedit ille gravari nequit, Hiltig. in Don. l. 8. c. 7. lit. A. & quod ne quidem clausula codicillaris sustinere possit testamentum vitio interno nullum quale præteritio involvit. l. 30. de lib. & posth. l. 1. ff. de injustorupto. & expresse hanc sententiam tuetur Christin. V. 4. D. 40. n. 5. & fere in simili casu Ludwel. D. 7. th. 10. lit. f. Carpz. p. 3. C. 9. d. 12. & plures quos habet Brun. add. 13. ff. de inoff. & optat Decisionem principis & Fachin. Controv. L. 4. C. 11. ubi à contraria sententia recedit, quam olim defendebarat. Sed liceat mihi Decisionem anticipare, & contrarium defendere, nam ex præced. nil aliud sequitur, quam quod ex testamento, non quod ab intestato fideicom. peti nequeat, & pro hac parte facit citata l. 13. ff. de inoff. l. ex ea §. 1. ff. de testam. l. f. C. de Codicill. ibi: illud quoque pari ratione servandum, Zaf. ad ff. de jure Codicill. n. 9. Gail. 2. O. 114. Qui vero N. 115. C. 3. inf. & c. 4. inf. respondent, confundunt præteritionem & exhæredationem, & reliqua capitula salva manere, non vero, institutionem in fideicommissum convertendum dicitur Fachin. l. c. Interim ipse putarem sedulo distinguendum fideicommissum expressum à tacito in illo enim facile concedo, porro an clausula codicillaris adjecta sit nec ne, an jam natus præteritus sit, an posthumus, quod difficilius, & tum an sciens uxorem gravidam esse an ignorans, an clausula codicillaris verbi præsentis temporis an-

8. THESES INAUGURALES

futuri adiecta de quo posteriori *Menoch.* l. 4. præf. 32. n. 2. ibi tamen conjecturam quam n. 10. habet non probo, cum à jam nato ad posthumum non valeat conseq.

X.

Objecto formalis multum differt ab expresso, formale objectum est quæ libet voluntas inter vivos & ultima, vitiosa ob defectum requisitorum juris positivi, ut testamentum ob præteritionem vel ex hæredationem nullum v. thes. præc. vulgaris substitutio quæ aditione evanuit *Carpz.* p. 3. C. 8. def. 18. &c. vel valida quidem ex cuius tamen interpretatione plus sequitur quam scriptum aut dictum est. Materiale res quælibet in commercio, etiam Imperium, sic enim testamentum Attali quo populum Rom. hæredem instituerat, per interpretationem & tacitum fideicommissum trahebant etiam ad Regnum *Grotius de J. B. & P.* l. 1. c. 3. §. 12. n. 5. Sane in fideicommisso quod per substitutionem inducitur, ex substitutione etiam interpretationem capit. Nec rei alienæ fideicommissum, licet legatum, valet l. 8. §. 3. ff. de jure codicill. l. f. C. de hær. instit. junct. l. 8. §. 3. C. de secund. Nupt. l. 88. §. 6. de leg. 2. Legitimam sine ullo gravamine relinquendam esse notorium est, nihilominus per fideicommissariam substitutionem, ob identitatem rationis quæ reperitur in pupillari substitutione *Carpz.* l. 6. R. 29. n. 1. fundamentum est in l. 8. §. 5. ff. de inoff. & multo magis per substitutionem reciprocam l. 12. C. de inoff. dis. *Brunnem.* cons. 28. n. 63. legitimam substituto seu potius fideicommissario una cum reliqua hæreditate relicta restituendam verius est, adeo ut & matri in legitima præjudicetur *Menoch.* l. 4. præf. 72. n. 12. dis. *Brunnem.* cons. 28. n. 46. per l. 32. C. de inoff. respondet *Finkelb.* O. 28. & quod *Brunnem.* pergit n. 63. l. 12. C. de inoff. correctam esse per d. l. 32. verum non est quod ll. ff. correctæ censeantur per Codicem *Sirv.* Ex. 1. th. 59. multo minus leges Codicis sibi invicem derogabunt, in primis cum sub eodem rubro contineantur. Interim contrarium fortasse in praxi verius *Klork.* v. 3. cons. 104. n. 96. cons. 118. n. 34. *Gail.* 2. O. 119. n. 3. adeoque restringendum ad pupillarem ætatem, tum quod legitima non sit objectum substitutionis fideicommissariæ v. infra C. 8. thes. 12. tum quod matri utique in legitima præjudicetur substitutione pupillari per l. 93. ff. de leg. 1. rationes fundamentales sint, cum 1. impubes 2. in potestate testamentum facere nequeat E. mater nec ex hæredata nec præterita dici, privatio enim præsupponit habitum *Franzk.* Ex. 6. q. 7.

CAP.

C A P . I I .

T H E S I S I .

Cum de tacito fideicommisso, & tacita voluntate loquimur, stricte debet accipi ut præsumpto consensui contradistinguantur, hic enim verus consensus non est, cum ex eo etiam illi obligentur qui vel consentire nequeunt *l. 3. §. 5. 6. ff. de Neg. G. l. 1. §. 2. ff. de contrar. Tutel. Att. l. 46. ff. de O. & A.* vel plane dissentunt; nam qui protestatur se solvere nolle, nec consentire in id quod egit negotiorum gestor, nihil agit, cæteris paribus. Tacitus vero consensus verus consensus est, ex scientia & præoresi promanans, dum factis signis & verbis ejusmodi utimur quibus positis quilibet intelligit quid expresse dicere voluissemus interrogati, sic nutus consensum verum involvit *l. 52. inf ff. de V. O. sed non expressum ibid. §§. præced.* item redditio chirographi. Sed in eo debilior præsumpto, quod cum de expresso constat, frustra sit de tacito querere *l. 137. §. 2. ff. & V. O. Christian. V. 1. D. 151. n. 13.* & egregie illustrat *Menoch. l. 4. præf. 14. inf. non obstat præf. 27. n. 14.*

I I .

Sed hæc questio in duo capita se resolvit, primo an aliquid voluerit defunctus, secundo quidnam voluerit, prius aliter consideratur abstracto Jure Civili, aliter secundum ejus præsupposita; sic enim communiter tenet: paria sunt aliquid non rite & illegitime fieri vel plane non fieri; Ergo actus sæpe ex defectu alicujus solemnitatis, formulæ, præcautionis &c. irritus redditur, qui tamen ex enixa voluntate proficisebatur. Sæpe tamen & huic Jcti medelam adhibent, ut in sequentibus.

I I I .

Sed cum constat quod aliquid voluerit, sed dubitatut quidnam, interpretatione opus est & conjecturis præsupponentibus dicta vel facta, dicta opus habent interpretatione quoties obscura sint vel ambigua, quæ multum inter se differunt v. omnino *Christian. Thomæsum Institut. Jurisprud. Divin. l. 2. c. II.*

I V .

Obscurum est cum non intelligimus quid dixerit aut scripserit defunctus, cuius causa est vel externa verborum figura & literarum,

10 THESES IN AUGURALIS.

ut si inconcinne literas ducat, abbreviaturis, signis &c. usus sit, vel articulate quidem loquatur sed difficulter & incommodo, denique casus saepe in causa est, ut scriptura injuria temporis corrupta, discissa, cancellata, vel culpa testatoris aut notarii alteriusve verba describentis vel excipientis. Pro diversitate igitur aut sanabilis est obscuritas, aut insanabilis, & tum succedit prima quæstio, an scilicet aliquid voluerit. Sane leges saepe pro insanibili habent, quod comode interpretari potest ut *in l. sicutius ff. de Condit. u. Thomas. tit. cap. II. n. 182. & Menoch. l. 4. pref. 10. n. 33.*

V.

Vel ex interno verborum sensu obscuritas emergit, quoties sci licet terminis & vocabulis usus aut peregrinis, nec civitate donatis, aut obsoletis, & antiquatis, vel alio sensu quam communiter recepto.

VI.

Ambiguum est, cum intelligimus quidem sermonem vel scripturam, sed cum se ad utrumque oppositorum indeterminate habeat, dubitamus quidnam elegerit & intellexerit ex illis; cuius causa regulariter æquivocatio esse solet, & tum aut utraque significatio est propria, aut una impropria & figurata, vel utraque significatio compatibilis est actui, vel non, seu utraque significatio se habet ut genus & species, seu ut species contradistinctæ.

VII.

Pro diversitate igitur quæstionum diversa opus est interpretatione, modo declarativa seu simplici verborum explicatione, modo extensiva vel restrictiva quatenus plus minusve dixit quam sensit; hujus interpretandi generis fontes alii aliter explicuerunt, Alciatus decem prædicamenta constituit, Menochius & alii distinguunt inter conjecturas leviores & graviores, sed naturam & earum differentiam non ostendunt, denique quod *l. 4. pref. 19. n. 7.* dicit, illas solum conjecturas admittendas quæ ex verbis testamenti desumuntur, non quæ extrinsecus, admitto, cum fideicommissum ex testamento inducendum, non si ab intestato & ex actibus inter vivos. Johannes à Felden JCtus non incelebris, singularem Tractatum de scientia interpretandi conscripsit, sed nescio, (salvo cujuscunque rectius sentientium judicio,) num potius institutiones mathematicas, Rheticam, Prosaicam, Grammaticam, Logicam juridicam, & quicquid humaniorum nomine

nomine venit, tradere voluerit, quam ut iste specialis Titulus, in primis leges Romanas interpretandi, defendi possit, & quod maxime desiderari possit, cum specimen pollicetur & exhibeat ejusmodi, ubi nec dubitatio ulla nec obscuritas, sed omnia plana, cum tamen innumeri casus ambigui & indecisi, leges intricatissimæ extent quibus, ut probetur illa scientia, applicanda erat.

VII I.

Per Brocardica vero investigare & interpretari voluntatem, admodum lubricum est; talia sunt: Verba regulariter sunt accipienda insensu communi, verba sunt intelligenda in significatu proprio &c. quædam nimis generalia, quædam suspecta visa sunt, quod plura exceptionis exempla quam ipsius regulæ extarent, certe rem non conficiunt, & quædam, si simul in eodem casu adhibeantur, contraria sibi invicem, saepe enim contingit communem loquendi usum recedere à proprio significatu, quædam denique inutilia ne dicam inepta, v. g. verba quæ varium significatum habent debent eo sensu accipi qui est aptior; quæso quis usus hujus axiomatis, id enim semper in questione est, quisnam sensus aptior sit. Non quidem rejicio ejusmodi axiomata, ordinem saltem desidero, ut quædam sunt generalissima, generalia quædam, denique & specialia; scilicet quoties unum ex alio demonstrari potest, toties sibi non contradistinguenda sed subordinanda, aliæ cum quilibet disputantium habeat pro se ejusmodi axiomata, dubitabis saepe cuinam accedas, inde juris illa incertitudo, de qua Vigelius in præloquio Centur. casuum.

I X.

Ergo donec melior via monstretur, liceat tamdiu inhærere methodo Thomas. l. c. cui tamen interdum quædam capita addere necessum erit. Scilicet ut dictum, prius an aliquid voluerit, dein quidnam, & in hoc juxta Thomasum hæ pleræquæ quæstiones & conjecturæ in primis in declarativa interpretatione saepius occurrent: (1.) *Verba sunt intelligenda pro substrata materia, seu ut philosophi; talia sunt predicata qualia demonstrant subjecta.* Everardus Loc. Top. loca 46. (2.) *Verba precedentia capiunt interpretationem ex antecedentibus & vice versa cui regulæ affinis est:* *Qui vult antecedent velit etiam consequens.* In extensiva vero & restrictiva ex causa finali & impulsiva: (quam interim pro miscue sumere liceat) cessante causa cessat effectus & contra.

C A P. III.

T H E S I S I.

NOtissimum est; paria sunt non fieri & fieri illegitime, prout
Gail. 1. O. 54. n. 6. cuius fortasse ratio est: qui vult finem ve-
lit etiam media, consequenter voluisse efficaciter non intelligitur qui
spernit media ad finem conducibilia, scilicet ut eadem actus species
permaneat, ergo cum unius finis plura possint esse media, sua spon-
te fluit.

I I.

Primo non statim concludendum hujus actus v. g. testamenti, do-
nationis, contractus &c. solennia non sunt observata, ergo voluntas
testatoris vel contrahentium plane & in totum non valet, cum tamen
indubitato, non quidem ex clausula codicillari semper, sed aliunde
constet, testatorem utique hunc honoratum velle, donantem sum-
mopere optare donatarium, acceptantem etiam licet post mortem do-
nantis demum, hoc habere velle; sed hoc solum: non valere in viam
donationis, testamenti &c. & exempla juris civilis frequentissima v.
infra C. 4. thes. 4.

I I I.

Hinc consuetæ formulæ: *si non valet ut testamentum solenne, valeat
omni meliori modo.* Quæ tamen expressæ aliquando nihil operantur:
cum ex consuetudine notariorum adjectæ v. *Fab. in Cod. l. 4. tit. 14.
def. 26.* & interea testator recessit; aliquando omissæ subintelliguntur
v. omnino *Honthem. de Arte Notavar. l. 3. c. 8. n. 14.* Non quidem
ignoro omissam clausulam codicillarem non præsumi nisi in testamen-
to paterno & ad pias causas per l. *si jure C. de testam. manumis.* hanc-
que opinionem communem esse *Carpz. L. 6. R. 7. & P. 2. Dec. 155.*
Menoch. l. 4. pref. 31. n. 3. 4. sed nec ignoro textibus paucissimis & ne
quidem per consequentiam probantibus, facilime respondi posse,
& facilius rationibus, in specie quam *Menoch. l. c. n. 7.* habet potius
Richier. p. 1. Dec. 61. ibique plures.

IV. Hinc

I V.

Hinc gregatim succedunt regulæ : *omnis actus interpretandus ut valeat potius quam ut pereat.* In specie, *ultima voluntates latissime interpretande l. 12. de R. J. ultima voluntates benigne servanda Carpz. p. 3. 8. def. 18. Voluntas ultima pro lege servanda C. ultima voluntas 4. 13. quæst. 2. l. 1. C. de SS. Eccl. & nihil magis curandum quam ut ea impleatur l. 4. C. de neces. serv. her. insu. &c.*

V.

Sed de earum applicatione rarissime convenit : tentemus igitur num res procedat ita : scilicet cum citra jus positivum ad inducendam obligationem sufficerit verus & non erroneous consensus , & voluntas nuda, sed deinceps jus positivum & in specie romanum introductum in ea simplicitate non substituit, de quibusdam enim negotiis dubitabatur num vere contraxissent & consensissent invicem , propter conventionem nimis generaliter & indeterminate initam , hinc quædam in hac dubietate relicta , & partium pudori conscientiæque ; de quibusdam num reipublicæ conducerent. Quædam conventiones plane prohibitæ sunt , cæteris paribus , ut obligationes pupillorum , minorum , filiorum famil. intercessiones foeminarum &c. quædam novam acceperunt formam , solennia , ritus , ut de vera & enixa voluntate constaret ; in specie Testamenta solennia , tot ritibus & requisitis involuta ut vix omnia observari possint , nec raro testamenta etiam firmissimis & prodigiosis fere clausulis , testibus &c. munita , confirmationi subjaceant.

V I.

Horum solemnium quædam voluntem ipsam concernunt , adeoque iphius actus substantiam , quædam voluntatis probationem , hinc alia solennia intrinseca seu substancialia : (nam & hæredis institutionem in testamento inter liberos ad solennitatem , non ad substantiam refert Gail. 12. O. 112. n. 11. ibi : *Jason. in auth. novissima C. de inoff. dicit se hoc verum credere ut Evangelium.* Imo in quocunque testamento hæredis Institutionem omitti posse hodie , non ut sit testamentum , sed Codicilli , licet alia testamenti requisita adsint , docet post Sande. Voët. ad. I. de Hær. Int. §. 4. n. 2. Huber. prælect. p. 3. l. 28. Tit. §. n. i. & ita ter judicatum refert.) alia extrinseca , de utrisque regula : *solennia stricte sunt observanda , nec quippiam existit omittendum l. 7. ff. de in Int. Refl. l. 144. de R. J. l. 13. ibi. solennitatis more explet.*

14 THESES INAUGURALES DELINEANTES

plet. C. de Appellas l. 8. §. 17. de Transact. In specie, solennitas intrinseca & substantialis formam actus constituit Everard. in loco à forma. Arnold. Reig. Thesaur. pratico voce actus, quonon observato actus est ipso jure nullus l. 9. §. 3. ff. ad exhib. cap. 42. de Electione, & ne quidem inter rusticos omitti possunt Bartholom. Musculus patrie Ampliss. Senatus quondam Syndicus meritissimus. de Succes. Anom. Clas. 1. Memb. 3. lit. C. n. 42. solennia vero leviora & accidentalia in eodem rigore non requiruntur. l. 1. §. f. de vent. inspic. Gail. 1. O. 41. n. 1. Carpz. l. 2. R. 100. n. 16. l. 4. R. 37. n. 13. add. Zæc. ad ff. de leg. n. 51.

V I I.

Quæ quidem licet verissima, naturam solennium mutare nequeunt, h. c. ut actus substantiam non ingrediantur, & defectus eorum vitiat quidem actus formam civilem, ut non sit actus solennis, ut plane nihil actum sit non efficiunt, posito quod non sit prohibitus ob interesse Reipubl. vel quod non sit conjunctus cum iniuritate & ablatione juris quæsti alteri, liberis enim immerito præteritis, æquum non est extraneo potius indulgere id, cuius liberi parentibus adhuc vivis quasi Domini fuere §. 2. f. de Her. Qual. D. N. 118. C. 1. nam cum ipsa solennia substantialia eo solum collimant ut nulla ob & subreptio voluntatis ultimæ possit defraudare hæredes legitimos, vel qui jus aliquod prætendunt, per se patet, si aliunde de enixa voluntate constet, non opus esse probatione solennium. Idque leges ipsæ paulatim agnoverunt, primo quoties æquitas aliud suadent l. 183. de R. f. exemplum est in testamento parentum inter liberos; deinceps aliis testamentis præsumptione succurrebant sic enim dicitur: solennitates præsumuntur Menoch. de pref. l. 3. pref. 32. & in specie nemo censetur illiud genus testandi elegisse per quod impugnatur ejus judicium l. 3. ff. de testam. mil. Menoch. l. 6. pref. 4. seqq. porro clausula codicillaris inventa l. 83. §. f. de leg. 2. l. 29. §. 1. ff. de testam. tandem & quoad fideicomissa plenissime se explicuerunt, ubi cum testator præsentem hæredem rogat restituere, nullis opus testibus l. f. C. de fideicom. §. f. f. eod. Finkelfb. O. 90. secus si hæres tempore conditi testam. absens; cur tam diverse? quia cum præsens adeat non opus est ulteriori probatione ejus.

ejus quod ipse audivit. & vidit. v. Strijk de jure Sens. D. 1. C. 4. n.
6. Hahn. ad Wes. de Testibus n. 4. Et quælo cur Lucio Titio in l. 88.
§. f. de leg. 2. magis licuit ex proæresi & citra necessitatem omnes
arcere subtilitates & solennia quam aliis, aut cur regula. l. 55. ff. de
leg. 1. nemo carere potest ne leges in testamento suo valeans, perinde
non sunt observanda quam alibi? quia sufficienter ibi de enixa testa-
toris voluntate constituit.

V I I I.

Nec possibile est in Jure aliud statui quam aliis rebus omnibus
tum moralibus tum physicis commune est, ubi forma sub-
lata materia nihilominus remanet, ergo sublata licet forma testamen-
torum solenni, voluntas tamen adhuc remanet & residet tum animo
testatoris, tum ejus qui alias hæres fuisset, qui utique obligatur in
conscientia ex testamento vitioso, & imperfecto; non quod quæ-
dam legibus civilibus justa sint quæ naturaliter injusta (licet in hu-
jus probatione sæpe hæsitant JCti) prout explicat Fachin. l. 4. C. 4.
vel quod leges civiles non perinde obligent in conscientia ut natura-
les; sed quod jus civile dubitet, perinde ut in nudo pacto, an is qui
non adhibuit formam legis, se velit efficaciter obligatum esse, adeo-
que non assistat actui, actionem scilicet denegando, quæ alias com-
peteret ex testamento solenni, naturali obligatione & facultate exci-
piendi nihilominus ex ejusmodi testamento remanente, l. 2. C. de
fideicom. l. 16. C. de Testam. l. 38. ff. de fideic. libert. juncta l. 15. pr. l. 66.
de Condict. Ind. adeoque multo magis cum hodie ad simplicitatem
juris Gentium sint reducta negotia Struv. Ex. 6. thes. 17. etiam ho-
die valebit ejusmodi voluntas ratione solemnitatum imperfecta &
nulla, quatenus aliunde de enixa ejus voluntate constat.

I X.

Dummodo solemnitates quasdam omiserit, aut ob necessitatem,
per l. 3. C. de inoff. qualis casus est ap. Berlich. Decis. 94. n. 5. (licet
n. 7. perperam in contrarium inclinet) aut ignorantia tum testatoris
tum imprimis notarii, iniquissimum enim foret ex ignorantia conci-
pientis ultimam voluntatem non sortiri effectum v. l. 24. i. C. de
testam., neque enim post mortem restitutio in integrum datur.
Ergo cum sciens requisita, solemnitates omisit, censetur eludere vo-
luisse & dolus presumitur ob omissam solemnitatem Perez. in C. de
fide & jure hæsæ n. 17. seq. in primis cum voluit testamentum solen-

ne facere, idque ab initio dixit vel scripsit *Menoch.* l. 4. pref. 2. n. 20. & ex aliis etiam signis appareret testamentum solenne confidere voluisse; alias sola vox testamenti reperta hoc non efficit *Afflict.* decis. 134. inf. *Menoch.* l. c. n. 5. cuius tamen opiniones sequentes pref. 3. & pref. 10. n. 17. non probo, nam perinde testamentum nuncupatum est diversa species à testamento scripto, quam codicillus est diversa species ultimæ voluntatis à testamento solenni, quod autem testator solennitates testamenti adhibuit, dicendum superflua non nocere & quæ n. 4. tradit dubitationem augent, non tollunt ad l. 40. §. f. ff. de pactis.

X.

Igitur cum certo constat & probari potest hanc esse testatoris enixa voluntatem justam non cum iniuste & interversione juris quæsiti, liberorum vel alterius conjunctam, licet non legitimam seu solennem, servanda est, etiam contra voluntatem legis ejusque interpretationem v. l. 4. ff. de vulg. & pup. subst. ad Gothfr. ad l. 69. ff. de leg. 3. adeo ut ad conservandam ultimam voluntatem hereditis institutio de persona ad personam extendatur l. 13 pr. ff. de lib. & postib. *Menoch.* l. 4. pref. 26. n. 28. & si testamentum non valet ut scriptum valeat ut nuncupatum licet appareat in scriptis testari voluisse *N. Leon.* 42. quam Nov. omnium Dd. consensu receptam esse testatur *Mich. de Grassi.* Recept. Sent. l. 1. in §. testamentum q. 10. *Christin.* V. I. D. 304. semper testamentum sustinetur in vim fideicommissi si verba alias essent superflua vel elusoria *Brunnem.* cons. 3. n. 38. prædicta omnino confirmat §. 12. f. de fideic. quem ut explicet cum mirum in modum se torqueat Bachov. ibid. tandem omnibus rejectis in Justinianum invchitur & Triboniani socordiam & temeritatem accusat, quasi omnes solemnitates & curiosa legum præscripta frustranea forent, ejusmodi paradoxo concesso, sed salva res est, melius de æquitate meretur Justinianus, probationis solum gratia inventæ sunt solemnitates & ut omnis fraus evitaretur, ergo cum adhuc infiniti casus dentur ubi ejusmodi obreptionis suspicio subsit, in dubi solemnitatis omissione fraudem arguit. Sane clausula codicillaris omnia vitia sanat ut supra C. 1. thes. 9. licet appareat testari voluisse non codicillari *Brunnem.* ad l. 13. ff. de Jure Codicill. inf. *Panschman.* quest. pract. l. 2. q. 14. n. 13. frustra *Dis. Carpz.* p. 3. c. 1. def. f.

C A P. I V.

T H E S I S I.

Substratam materiam appello actum ipsum, subjectum, seu voluntatem cum omnibus suis circumstantiis; sed cum aliquid dixit quod circumstantiis illis, adeoque & actui non convenit, intelligendum & interpretandum est ex actu ipso ejusque circumstantiis, circumstantiae enim regulant actum & ex ipsis de intentione constat, & judex inquirere debet v. *Mornac. ad l. 52. §. 2. ff. ad L. Ag.* neque ullum jus ne naturale quidem obligat nisi posita omni circumstantia. In primis cum contrarietas oriaretur & contradictione tum enim aut utrumque expressum est, & regulariter posterius praevalet *Card. Tuscb. Tom. 2. lit. C. concel. 1011.* si unum expressum alterum tacitum tum regulariter quidem de taci non querimus cum adest expressum *l. 39. §. 1. ff. de vulg. & pup. substit. l. 21. C. de procurator.* Interim hoc multas partitur limitationes.

I I.

Scilicet quam inordinata axiomatum congeries ubique fere eam & hic operatur confusionem & contrarietatem sapientis, si quamlibet pro æquè universalis habueris, neque unam alteri subordinaveris, neque enim unius propositionis duo principia æque prima dantur. Finge, aliquem ultimam voluntatem conditum adhibitis s. testibus primo dimidium bonorum inter liberos divisit, deinceps Titum extraneum hæredem instituit, denique & legata reliquit, hancque voluntatem testamentum appellavit. Mortuo testatore petit Titus sibi reliquum, denegant liberi cum ex nullo testamento nihil possit peti, instat Titius non esse testamentum sed codicillos quia id ex numero testimoniis appearat v. *Menoch. l. 4. præf. 3.* reponunt liberi, non licere codicillis hæredem directo institui, legitimam quidem relictam esse sed non titulo universalis testamentum denique expresse appellasse non codicillos, tacitum igitur cedere debere expresso, expressum vero id esse quod verbis specialiter designatur *Gloss. in cap. 16. de heret. & c. 4. de præbend.* & quod oculis legi potest *Consil. Argentorat. 1. conf. 2. n. 80.* pergit Titius, pleraque prædicta solūm locum habere in testamento.

in

18 THESES INAUGURALES DELINEANTES

in codicillis vero etiam directam institutionem non valere quidem ut directam scilicet, bene tamen ut obliquam Snelid. ad §. f. f. de Jure Codicill. n. 1. & 3. Philip. Us. pract. l. 2. E. 196. n. 9. Codicillos vero facere voluisse non tacite solum sed expresse constituisse, expressum enim est etiam quod subintelligitur l. 74. ff. de leg. I. l. 1. C. de testam. mil. Putens decif. l. 1. decif. 184. n. 2. & quod ex conjecturis deducitur, expressum est l. 57. ff. de manumiss. testam. Fichard. I. Cors. 47. n. 15. Menoch. l. 1. pres. 45. &c. Quid in hoc Brocardorum conflictu dices; ex jure scripto liberi videntur prævalere, ex æquitate Titius? atqui æquitas & jus scriptum sibi non contradistinguenda; ego quidem & ex jure scripto Titio adstipularer.

I I I.

Primo enim discutienda quæstio facti, qualis est voluntatis, deinde juris; atqui aliquid voluisse ex cap. præc. probari potest, quod vero codicillos & quidem ab intestato facere voluit, patet quia omnia requisita adsunt, liberi expresse hæredes scripti non sunt cum id in successione ab intestato supervacuum, debitam portionem reliquit, de reliquo libere poterat disponere, quod & fecit adhibitis necessariis requisitis s. sc. testibus, hæc igitur intentio sufficere debet, nam licet testamentum dictum tamen ubi requisita codicilli adsunt re ipsa codicilli sunt Afflit. decif. 134. in f. cum verba intentioni non intentio verbis inservire debeant c. 6. & 15. de V. S. vult. I. cons. 15 n. 45. in primis cum plerique nesciant differentiam inter codicillos, & quamlibet uitimam voluntatem testamentum appellant communiter, omnino l. 69. ff. de leg. 3. eamque significationem latiorem usu receptam indeque in Decisionibus causarum sèpissime attendi tradit Christineus Huber. prælect. p. 3. de her. instit. n. 1. ad præc. c. 3. thes. 6.

I V.

Nec id in jure insolitum, sic cum ex ignorantia tutor pro curatore & vice versa ponitur, non nocet Berl. Decif. 139. n. 7. cum contrahentes emptionem & venditionem appellarunt, ut tamen pretium non in pecunia numerata confisteret, emptio non est sed permutatio, & ejusmodi infinita, huc etiam refert famosam leg. 18. §. 1. ff. de R. C. junct. l. 36. ff. de A. R. D. Franzk. ad ff. de confr. E. V. 11. 80. & Sryk. de Cantel. S. 4. c. 3. §. 4. in Responso. Adeo ut in hunc finem verba etiam improprianda Trisch. Tom. 8. lit. V. concl. 91. n. 26. unde patet

FIDEICOMMISSUM TACITUM. 19

pater regulam : *Sermo debet intelligi in proprio significatu , subordinandam esse regulæ de subjecta materia Idem ibidem. corn. 95. n. 15.*
 & illi regulæ : *verba sunt accipiendo secundum communem usum loquendi Cohnmann. l. 1. Resp. 48. n. 58.* sic ubi usus à propria significatione recesserit.

V.

Est igitur hæc regula magni momenti , & rarissimis limitationibus subjecta , quo ipso major regulæ virtus conspicitur *l. 1. de R. f.*
 & plerisque casibus dubiis fideicommissi applicari potest , sive dependant ex dispositione inter vivos , si ve ultimæ voluntatis.

V I.

Eiusmodi vero dispositio iterum vel clausula codicillari munita est , & tum res facilius procedit , hæc enim clausula omnia vitia ratione solennum juris positivi sanat ; hinc pupillaris substitutio luberi facta sustinetur ut fideicom. *Carpz. p. 3. C. 8. def. 19. Menoch. l. 4. præf. 55. per l. 76. ad Sct. Treb.* unde & ampliat licet sine clausula ; quod displicet *Bachov. V. 2. D. 11. tb. 8. 13.* cum in c.l. reperiatur specialis casus , in totum vero diff. *A. Fab. l. 2. Conject. l. 12. Trentacing. de substitut. p. 2. l. 10. n. 10.* sed vide *Brunnem. ad l. 76. ad Sct. Treb. & Carpz. l. c. Resp.* clausulam subintelligi verius est.

V II.

Sic cum reciproca substitutio , etiam sine ista clausula facile in fideicommissum trahatur *l. 4. ff. de vulg. & pup. subst. v. l. 76. ff. ad Sct. Treb. Carpz. p. 3. C. 8. d. 11.* Multo magis idem est in compendiosa substitutione , quæ ejusmodi verbis : filium impuberem instituo , & si is moriatur Sejum. & aliis inducitur , etiam præsumptionibus *Menoch. l. 4. præf. 51. & præf. 68. n. 4.* & verba quæ tractum temporis continent , inducunt fideicommissum *Carpz. p. 3. C. 8. d. 7. def. 11. n. 8. def. 18. n. 8.* nec obstat quod impuberi substituerit , nam & compendiosa impuberi fieri debet. Item cum pupillus regulariter & naturaliter liberos habere nequeat , si ei sic substitutum : *si sine liberis compendiosa erit & conseq. fideicommissaria.* Item cum testator sibi succedi voluit , nam in pupillari pupillo succeditur , *Menoch. l. c. junct. præf. 34. n. 3.* pupillaris enim indubitatum criterium est hæc clausula : si in pupillari ætate deceperit ; non sola ætas pupillaris , cum & popillo vulgariter substitui possit.

C

VIII. De-

VIII.

Denique cum substitutionis naturæ repugnet falcidiam vel Trebellianicam ab instituto detrahi substituto , fideicommissum erit , si substituit , sed instituto detractionem Trebellianicæ prohibuerit *Menoch. Conf. 117. n. 15.*

C A P . V I .

T H E S E S I .

EX antecedentibus declarare consequentia & contra usitatissimus simul & tutissimus interpretandi modus est *l. 50. §. f. l. 17. ff. de leg. 1.* ex præcedentibus enim ratiociniis interpretatur id quod secutum est *l. 134. §. 2. ff. de V. O.* & sequentia declarant præcedentia obscura *l. 15. C. de fideicom.* dummodo & antecedentis & sequentis unus finis & intentio sit per *C. 32. de offic. de leg.*

I I .

Modo antecedens revera aliquod sequatur ; sic scriptura mentionem faciens testamenti faciendi hoc respectu nihil operatur , si sequatur testamentum quidem sed imperfectum , hoc enim neque ut scriptura declarari potest , nisi in causis piis & privilegatis *Brunnem.* ad *l. 11. de leg. 3. n. 2.* Sed hoc procul dubio generaliter non procedit. Econtra si sequentia se referant ad antecedens , quod tamen nullibi reperitur , corruit dispositio *textus expressus* in *l. 34. ff. de leg. 2.*

I I I .

Similiter antecedens interpretatur ex consequenti , cum v. g. quis maximam bonorum partem inter vivos alicui donaverat , cum hac expressa conditione , ut ex residuo solveret quicquid in testamento aliis relicturus erat , mortuo donante aperitur testamentum , ubi inter reliqua legitur , testatorem donatario , si sine liberis moriatur in re donata , vi reservationis , substituere alium ; videtur hæc substitutio nullius momenti esse , eo quod esset rei alienæ , sed sustinetur in vim fideicommissi , cum conditio donationis ex sequenti testamento ubi mentio sit reservationis de disponendo super re donata , interpretatur quod eo ipso tacite sibi reservaverit facultatem de

re donata disponendi si donatarius sine liberis moriatur *Christin. V.*
z. D. 112.

I V.

Unde patet non semper opus esse ut verba antecedentia & consequentia in eodem testamento reperiantur, sed testamentum etiam declarare & declari ex actibus inter vivos, vel ultimam voluntatem quidem sed imperfectam, & minus solennem, ut si in testamento dixerit se fideicommissum in suo dispositione constituere velle, deinceps notario ad se vocato simpliciter substituit, hoc enim impossibile est valere ut substitutionem, sed ex benigna interpretatione sustinetur in vim fideicommissi *Menoch. l. 4. pref. 68. n. 3.*

V.

Huic regulæ affinis est illa; Qui vult Antecedens velit etiam consequens *l. 2. ff. de Jurisdictione* dummodo connexio & sequela sit necessaria (quod regulariter colligitur ex duobus ablativis *Brunnem. ad l. 11. ff. de leg. 3. n. 7.*) per *l. i. §. f. ff. de Usufruct. l. 44. §. i. ff. de O. & A.* nec expressa voluntas contraria obstet, quatenus leges hoc permittunt, nam dum filiosfamil. relinquo, patri necessario usumfructum relinquo, si non de contrario protestor *Brunnem. l. c. n. 15.* contraria voluntas vero etiam tacite inducitur *Berl. Dec. 125.* quod Juri civ. & N. n. 7. c. 1., vix convenit.

V I.

Ergo cum disposuit testator velle bona sua communia manere inter hæredem ejusque descendentes, fideicommissum inductum est *Menoch. l. 4. pref. 68. n. 5.* Item si hæredem prohibuit testari de rebus relictis *l. 74. pr. f. ad SCt. Treb. Ib. Brun.* nec obſt. *l. 77. §. 24. ff. de leg. 2.* Item si hæres rogetur ut in rebus relictis Titium hæredem instituat *Brun. ad l. 17. ff. ad SCt. Treb.*

V I I.

Similiter cum hæredem primo instituit in omnibus bonis, deinceps in re certa *l. 69 ff. de leg. 2.* non obstante quod hæres in re certa institutus reliquum etiam recte petat jure accrescendi *§. 4. f. de hær. f. ne quis pro parte testatus, pro parte in testatus decedat l. 7. de R. f.*

V I I I.

Denique alienationis prohibitione, in favorem certæ personæ, (nam alienatio simpliciter & in totum prohiberi nequit *l. 114. §. 4. ff. de leg. 1. Christin. V. 4. D. 43. n. 1.*) induci fideicommissum, notissimum

22 THESES INAUGURALES DELINEANTES

mum est , sive hoc fiat inter vivos conventione , pactis &c. ut si donavi alicui inter vivos cum conditione ut post donatarii mortem alius rem donatam habeat *Carpz.* p. 3. c. 8. def. 22. sive in ultima voluntate; quamvis diverso effectu. Quando vero à lege vel judice res aliqua alienari prohibetur , tum alienatio quidem nulla est , *Zaf.* ad ff. de C. E. V. n. 12.13.14. sed huc non spectat.

I X.

Tum scilicet inductum fideicommissum est ; cum contra voluntatem alienatum , & revocatum citra quam ante mortem non consecutus fuisset fideicommissarius , consequenter cum ut in aliis bonis, ab intestato successisset , nec restitui à defuncto proprie dici potest , nec fideicommissum *Decim. conf. 422. Christin. V. 4. D. 14. n. 3. usque ad n. 11.*

X.

Tacite etiam hanc prohibitionem , utut odiosa à plerisque audiat, induci , non dubito , *casus est Ap. Carpz.* p. 3. c. 8. def. 7. quotiescunque plures instituti sunt successive seu ut def. 11. n. 8. & def. 18. n. 8. loquitur , verbis usus est quæ tractum temporis significant. Ratione subjecti prohibitio vel est simplex seu personalis , vel gradualis seu realis , quæ & fideicommissum familiæ dicitur de quo alii , ubi quilibet & fiduciarius & fideicommissarius est v. l. 32. §. 6. ff. de leg. 2. fane ex illis quæ *Christin. 4. decis. 41.* confuse tradit , breviter colligeres aliud esse cum in casum alienationis fideicommissarius petere possit , aliud cum in casum mortis , & D. 43. n. 6. ubi ex *Fachin.* l. 4. c. 49. (cujus opiniones per omnia fere sequitur ,) ulterius distinguit , utrum simpliciter prohibitum ne extra familiam alienetur , utrum insuper causam addiderit , in conservationem familiæ; sed rem non conficit , scilicet ex ejusdem hypothesi quatuor casus distinguendi videntur. 1. Si quis institutus cum conditione , ne alienet. 2. Si hæredi adiecta conditio ut bona in familia maneant. 3. Si expresse prohibita alienatio bonorum extra familiam. 4. Si insimul ratio addita ut familia conservetur *Gabriel. l. 4. de fideic. Concl. 9.* sed inter tres posteriores in effectu vix videtur aliqua differentia subesse & colligere licet ex eodem *decis. 43. v. 6. v. Fachin. c. cap. 49.*

CAP.

C A P. VII.

T H E S S I.

Cum ex causa finali & impulsiva primario intentionem hominum eruamus, primo loco tractanda videbatur, sed cum interpretatio restrictiva & extensiva ab eadem in totum dependeat, ultimo loco reservata est.

I I.

In impulsivum vero, & finale omnium est aliquod bonum verum vel apparenſ, quatenus igitur quilibet in re quadam delectationem quaerit, & pro diversitate appetitus hominum, diversimode actus eorum interpretantur; exemplum est in l. 62. de C. E. l. 16. ff. de Aliment. & ex hoc argumento egregie concludit Carpz. l. 6. R. 28. n. 7.

I I I.

Eiusmodi affectus vel in persona terminatur, vel in re seu actu aliquo, hoc vero aestimandum ex conditione ejus de cuius affectione quaeritur, cum in dubio attendatur consuetudo promittentis, & quidnam testator in vivis facere vel impendere solitus sit l. 14. ff. de annuis legat. l. 14. §. 2. de alim. primo enim considerandum an avarus sit an liberalis; avarus enim non presumitur donare per cap. 8. distinct. 47. liberalis vero animi proprium est cap. 2. de Donat. quem textum commendat Gail. 2. O. 72. n. 9. pauper sit an dives vel mediocris facultatis, nam ex facultatibus defuncti determinatur casus dubius in l. 30. de leg. 2. industrios vel negligens, per l. 25. ff. de probat.

I V.

In objecto an inducat obligationem de novo, an vero inductam solum conservet: an in totum perimat; omnis enim actus in dubio restringendus ut quis minus vel plane non obligetur per l. 18. inf. de adil. Edict. l. 6. §. 4. de pecul. Conf. Marp. 1. conf. 9. n. 53. an sit negotium unilaterale vel bilaterale, nam in bilateralibus rarius donatio presumitur Christ. V. 1. D. 200. n. 11. an magnam quantitatem involvat, an modicam non enim sustinetur legatum totum patrimonium, exauriens Menoch. l. 3. pref. 34. inf.

V.

In persona , an amicus promittenti fuerit, bene meritus, sincerus, an alios seducere solitus &c. Hæc vero amicitia vel dependet ex causis spontaneis quas tetigi, vel ex naturalibus, ut consanguinitate & affinitate, in his vero iterum dantur gradus, nam quo remotior cognatio, eo remissior affectio *Carpz. p. 3. c. 8. def. 5. & 7.* idque in descendenteribus, nam in remotioribus collateralibus fere expirat *def. 8. n. 9. per l. 2. 15. pr. f. de inoff. l. 3. C. cod. l. 18. f. de his que in fraudem.* Sed ex his textibus nihil sequitur & contrarium verius in dubio. Horum una præ altera pro diversitate circumstantiarum, jam majoribus, jam debilioribus præsumptionibus munitur , in dubio naturales præferuntur *Menoch. l. 4. præf. 13.* tametsi spontanea idem quandoque operetur quod vera cognatio *l. 4. C. de castrens. pecul.* Id generaliter verum & in fideicommissis perpetuum, præferri semper quem magis dilexit testator illi quem minus *l. 36. §. 1. ff. de condit. & dem. A. Fab. lib. 6. tit. 20. def. 14.*

V I.

Ergo cum extraneus in re certa hæres institutus, vel universaliter quidem institutus, sed rogatus ut re certa contentus esse velit, fideicommissum inducitur, reliquum enim restituendum hæredibus ab intestato *Menoch l. 4. præf. 20. n. 4.* Item favor liberorum facit extendi sermonem, ut , cum posthumum quis instituit, non solum ex præsenti uxore, sed & ex futura nasciturus institutus erit. *Menoch. l. 1. præf. 21. n. 4.* Sed quo ordine, finge cum liberos non haberet testator, testamentum condidisse, ibique posthumum instituisse, posthumum ex præsenti uxore natum esse, deinde mortua hac , aliam dicit, ex qua iterum posthumus prodit, moritur is ex priore uxore, queritur an posterior totam hæreditatem vindicabit , an solum proportionata ? Resp. distinguendum , utrum prior posthumus mortuus sit vivo adhuc testatore, vel postea, utrum fratres habuerit nec ne , & utrum illi fratres jam instituti sint nec ne , utrum solum sorores habuerit, & testator respexerit ad conservationem familiæ , utrum testator usus sit verbis tractum temporis significantibus nec ne . Adeo que modo ex substrata materia , modo ex anteced. & conseq. , modo ex hoc capite mentem testatoris hariolari poteris.

V I I.

Multo magis favor liberorum sustinet voluntatem expresse declaratam,

ratam, sed cui legum requisita deficiunt; sic sustinetur testamentum parentum inter liberos imperfectum *v. aut. quod sine C. de testam.* & *Dd. passim.* Et cum codicilli hæreditas nec dari nec adimi possit, tamen si in testamento solenni hæres extraneus institutus, in codicilli vero ei substitutus ille qui alias ab intestato succederet, valet in vim fideicommissi & sic intellige *l. 76 ff. ad Sct. Treb.*

VIII.

Modus vero à causa impulsiva distinguendus, nam si dixerit: filio cum mortuo patre sui juris factus erit, do lego, valet etiamsi alio modo sui juris factus sit *Brun. ad l. 11. de leg. 3. n. 17.* & cum quis posthumum instituit qui post mortem nascetur, si vivo testatore nascatur nihilominus institutus censemur *Menoch. l. 4. præf. 26. n. 5.* non obstat *l. f. C. de her. instit.* An vero modus sit, an causa impulsiva & finalis, non legibus, sed conjecturis definiendum; nam si in casu inverso instituerit posthumum qui se vivo nasciturus sit, siquidem constat maritum dubitasse de pudicitia uxoris, si post mortem mariti nascatur posthumus, institutus non censemur *Idem n. 11.*

IX.

Et in genere: cessante ratione voluntatis, cessat voluntas ipsa *C. 10. x. de appellat.* Restrictivæ interpretationis exemplum habes *C. seq. thes. 7.*

C A P. VIII.

THESES I.

CUM taciti eadem vis sit quam expressi, tacitum etiam fideicommissum cum expresso coincidit, quoad effectum primum scilicet, qui omnium rerum in jure constituitur obligatio, quoad secundum vero actionem scilicet, distinguendum est inferius.

I I.

Obligatur igitur fiduciarius hæreditatem restituere nec alienare potest, sive per ultimam voluntatem, nam fideicommisso potestatem testandi adimi, non dubitatur, ut in specie quoad tacitum fideic. deciditur in *l. 47. pr. ff. ad Sct. Treb. Schilter Ex. 40. th. 52.* sive inter vivos renunciando *Mynsing. 5. O. 63. n. 11.* non obstat *l. 6. pr. ff. qua in.*

26 THESES INAUGURALES DELINEANTES

in fraud. Cred. nec pignori dare , ne quidem hæc oppignoratio tenet dum vivit oppignorans , est enim ipso jure nulla , & sic judicatum refert *Huber. prælect. p. 3 l. 36. T. 1. §. 5.* multo magis cum proprio alienatur.

III.

Hæc alienatio modo ipso jure nulla , modo tenet sed rescinditur modo & tenet & non rescinditur. Nam si pure vel sub die *Christin. V. 1. D. 78. n. 2.* relictum alienatum sit , ipso jure nullum *Strijk. de cant. S. 1. C. 3. §. 29.* sed hoc nimis generale est , toties enim procedit saltem , quoties relieti dominium ipso jure transit in fideicommissarium , quot vero modis hoc fiat v. omnino *Schuz. in Comp. Lanterbach. ad Tit. de legat. lit. Q.* sane si ex *l. 16. §. 8. & l. 67. pr. ff. ad SCT. Treb.* sequeretur , ut vult *Christin. V. 1. D. 301. n. 55.* quod fideicom. universale ipso jure substitutis & fideicommissariis acquiratur , omnis dubitatio excluderetur. Idque in totum iis scilicet casibus cum nec Trebellianicam deducere potest vel in tantum potest enim usque ad dodrantem , vel ad legitimam alienare *l. 3. §. 3. ff. ad SCT. Treb.* Si vero sub conditione relictum , quæ pendente alienatum est , tenet alienatio *l. 48. §. 1. ff. de jure fisci* , sed existente retractatur *l. f. §. 2. 3. C. cornum. de legat. Schrader de feud. partis princ. p. 9. Sect. 9. n. 76.* sed *Christin.* putat *l. c.* existente conditione alienationem ipso jure annulari idque propter eandem *l. f. §. 3.* quod vero *n. 8.* habet minus dubio carere videtur scilicet tertius casus est , cum & tenet alienatio & non rescinditur , Idque tripliciter , nam si bona fide & ignoranter alienatum est , ad premium tenetur alienans *l. f. §. f. de leg. 2.* nisi fiduciarius seu alienans non esset solvendo *l. 94. §. 1. de leg. 1. Christin. V. 1. D. 78. n. 8. 11. & D. 227. n. 12.* porro si prohibita quidem alienatio , sed nihilominus alienatum , pena fideicommissario solvenda , tum etiam tenet alienatio , & pena succedit in locum rei. *v. l. 6. 9. ff. de Serv. exportand.* Denique si fideicommissum conventione constitutum actione ex illa conventione ad interesse saltem *Huber. p. 3. l. 36. T. 1. memb. 2. n. 17. inf.*

IV.

Ex Thesi præced. igitur patet hanc prohibitionem solum pertinere ad fiduciarium ejusque debita , tum ex contractu tum ex lege tum ex delicto , non si testator ipse debuisset alienare quæ necessaria dicebatur , item legalis , ut legitima , item usufructus uxori debitus

Ma-

Mascard. de probat. Concl. 1243. n. 51. Dis. Christin. V. 1. D. 267. & ita judicatum resert. sed nec textus nec rationes habet.

V.

In prohibita, vero alienatione distingendum, utrum inducat fideicommissum simplex, utrum graduale, in illo enim statim revocatur à fideicommissario, & resolvitur ex nunc, in primis si extraneo restituendum *Brunnem. Conf. 3. n. 91. & n. n. præced.* Sed si graduale sit, sive alienatio voluntaria sit sive necessaria, successoribus in primis descenditibus non præjudicat, patre sc. seu alienante mortuo, nam quamdiu vivit contra patris factum venire nequeunt, postea vero nihilominus rem ipsam recte vindicant, sive pater renunciaverit, licet cum juramento *Myns 5. O. 63. n. 11.* vel princeps renunciationem confirmaverit per *l. 47. pr. ff. de re jud. l. 29. in s. ff. de Minor. l. 4. C. de emancip. lib. Peck. de testam. Conjug. l. 3. C. 25. n. 11.* Sed quid si pater filios hæredes instituerit, anne tnm libere restitutione obnoxias alienabit? negant *Dd. l. 114. §. 15. ff. de leg. 1. ibique Brunnem. aff.* vero idem sibiique contrarius in *Conf. 3. n. 194.* ubi & *leg. 114.* respondet. Mihi neutra simpliciter procedere videtur, sed distingendum utrum liberi tantum ex hæreditate paterna, quantum ex fideicommisso avi habeant, nec ne nam cum aliquando in legatis compensare videtur ut ostendit *H. pist. O. 105. per l. 22. §. 3. ff. sol. Matr. dis. Struv. Ex. 35. tb. 12. Distinguit Schilter. Ex. 39. n. 20.* cur non & in hoc tacito fideicommisso, & sufficit quod intentio fideicommissum relinquens impleta sit.

V I.

Idem Judicium esto si à fisco fiduciarii bona confiscata sint, res enim transit cum suo onere, & in hac quidem differt successio fidei-commissaria gradualis à feudali, quæ alijs in plurimis conveniunt, ut, cum parentis seu fiduciarii bona confiscentur, fisco nou acquiruntur bona restitutioni obnoxia, liberi enim statim recte petunt, textus expressus in *l. 48. §. 1. ff. de jure fisci. l. 60. de Cond. & dem. l. 17. §. 2. ad SCt. Treb.* nec fisco revocabiliter quidem ad vitam delinquentis sc. acquiruntur, ut quidam voluut, esset enim contra intentionem fidei committentis *Fachin. l. 4. C. 50. Christin. V. 4. D. 42. n. 1.* perinde ut nec sententia & res judicata; disting. tamen utrum lis fuerit de Jure fideicommissi in totum & testamento ipso, an vero de personali saltem jure, personam fiduciarii con-

D

cer-

28 THESES INAUGURALES DELINEANTES

cernens priori casu si lis ante restitutionem contestata , præjudicat sententia etiam hæredi , alias non *l. 55. §. f. ff. ad SCt. Treb. l. 44. ff. de re jud. Rosenthal. de feud. C. 9. Concl. 27. n. 11.* posteriori casu plane non peregrin. de fideicom. artic. ult. n. 58. 59.

V I I.

In totum vero excusatur alienans si id justa causa fecerit , omnis enim dispositio ita intelligitur si res in eodem statu duraverit *Schultes in addit ad Mod. piffor. p. 4. q. 149. n. 63.* Ergo cum bona relicta pupillis , minoribus , familiæ damnosa magis sint quam proficia , recte alienantur , Judicis tamen Decreto & causæ cognitione intercedente. textus expressus in *l. 114. §. 14. ff. de leg. l. l. 9. f. de fideic. libert. ad. Gail. 2. O. 137. n. 4.*

V I I I.

Firmissimum igitur fideicommissario jus remanet , (egregium tam casum & cautelam tum pro fiduciario alienare volenti , tum pro fideicommissario id impedituro habet Huber. d. l. §. fin.) idque tum in delatione , tum in acquisitione , quæ an ipso jure , an aditione fiat in *tb. 3. præoccupavi* tum in transmissione , conditionale certe fideicommissum in hoc cum legatis per omnia , sive universale sive particulare convenit *l. 47. ff. ad 8Ct. Treb. Gail. 2. O. 131. 132. n. 1.*

I X.

Quoad jus accrescendi distinguo , (licet à plerisque generaliter jus accrescendi concedatur) aut est fideicommissum particulare , & hoc cœu exæquatum cum legatis , eodem modo atque in legato accrescit , aut est universale & non observatur jus accrescendi , fideicommissarius enim & defunctus non perinde habentur pro una persona ac fiduciarius , qui semper hæres manet *Zæf. ad. ff. de legat. n. 41. §. 45.* nisi expressa testatoris voluntas refragetur , denique & representationi locus est. *Christin. V. 1. D. 267. n. 8.*

X.

Fideicommissum sic acquitatum , pleno jure spectat ad fideicommissarium. In graduali vero hoc speciale est , ut , cum quilibet fiduciarius & fideicommissarius sit , plena proprietas ad illos spectare nequit; an vero testatori an vero gravato succedatur , diffuse & ambiguae tractant , & reperies permultos aliis contradicere , cum testa-

tori

FIDEICOMMISSUM TACITUM. 29

tori quidam , quidam ultimo possessori succedi dicunt , qui tamen in effectu conveniut , nonnisi terminis discrepantes.

X I.

Breviter : & testatori & ultimo possessori seu per ultimum possessorem & mediante eodem succeditur ; perinde fere ut in feudis , in primis in fideicom. famil. Interim optime distinguendum an familiæ simpliciter relictum an vero proximis de familia l. 67. §. 2. ff. de leg. 2. an extraneo ejusque familiæ sit relictum , an familiæ propriæ Struv. Ex. 36. tb. 19. nimis generaliter allegatus à Brun. ad l. 32. §. 6. ff. de leg. 2. quam Rosa Consult. 2. n. 2. aliter explicat. Et quidem in infinitum , licet jure Nov. plerique ad quartum gradum restringant N. 159. C. 2. Christin. V. 1. D. 227. n. 12. Huber. prælect. p. 1. l. 2. T. 23. §. 14. 15. explicat quidem D. Struvius citatem Novellam thes. 20. perinde fere ut Christin. V. 4. D. 44. n. 4. cum extraneus per medium impuberem hæres existit , casum specialem esse. Sed in quæstione est an per medium impuberem extraneus hæres esse possit , adeoque tali specialitate infraudem alienatio generaliter concederetur ; Forte non sine causa Cujacius Rittershusius decisionem d. Nov. aperte contra l. 88. §. 15. de leg. 2. & manifestissimam testatoris voluntatem , Triboniano in favorem mulierum pleraque statuenti adscribit , Scharsmid ad d. Nov.

X I I.

Semper tamen fiduciario Trebellianica salva , & liberis legitima fine omni gravamine , in quo differt fideicommissaria substitutio à pupillari , hac enim & legitimam gravari posse constat Klock. V. 3. Conf. 104. n. 96. Conf. 118. n. 34. dis. Carpz. l. 6. R. 29. 1. etiam in fideicommissaria legitimam restitutione gravari posse. Sed deficit principale requisitum , patrem scilicet filio testamentum facere non valenti , testamentum facere l. 8. §. 5. ff. de inoff. ad Menoch. l. 4. præf. 72. in f. ad C. præc. 1. tb. fin. hæc etiam notanda , ut , licet in graduali quilibet fiduciarius sit , detractioni tamen locus non sit , cum sic perpetua detractione tandem evanesceret per l. 36. §. 2. ff. ad SCt. Treb.

X I I I.

In his & aliis quæstionibus interpres , quatenus æquum vel ini-
quum ipsis videtur ad restringendum vel ampliandum fideicommissum , notissima regula utuntur , favorabilia sunt extendenda odiosa

30 THESES INAUGURALES DELINEANTES

restringenda; quæ quidem in thesi vera, sed in hypothesi adeo usum exiguum præbet, ut controversiæ inde non decidantur, sed ambiguæ reddantur; primo enim non satis constat quid favorable, quid odiosum, quod licet *H. Grotius* definire conatus sit *I. 2. c. 16. §. 22.* ejus tamen insufficientiam sufficienter ostendit *Christ. Thomas. Jurisprud. Div. I. 2. c. 11. §. 60.* & tandem concludit, Jure Civili proditam quidam illam regulam esse, sed cum in genere leges favorable & odiosum non definiverint, subsistendum esse in casibus à jure pro favorabilibus vel odiosis habitis, non ultro progrediendum.

X I V.

Ergo non mirum quod fideicommissum nunc favorable dicatur & extendendum per *I. 4 ff. de pupill. subſtit.* *Carpz. p. 3. C. 8. D. 2. 3.* & passim, in specie quod alienationis prohibitione constituitur, & familiæ *Pruckm. V. 1. Conf. 48. n. 84. V. 2. Conf. 5. n. 8.* & plures apud *Brun. Conf. 3. n. 48. & n. 49.* in dubio judicem pro ejusmodi fideicommissio pronunciare debere. Nunc odiosa dicuntur & restringenda idem afferit *n. 45.* in primis quæ tractum temporis continent, qualia procul dubio fideicomissa familiæ sunt, rationem addit *Carp. p. 3. c. 8. D. 7. 8.* quia sunt onerosa, *I. 22. §. 1. ff. de Adopt. 16. Dd.* & alienationis prohibitionem odiosam esse tradit *Christin. V. 1. D. 227. n. 12.* indeque *N. 159. c. 2.* confirmant communiter; in hac in certitudine quid certi definiveris? facit quod ipse *Menoch. I. 4. pref. 67.* quosquam distinxerat, utrum in dubio versaremur & pro odiosis haberi, utrum voluntas certa sit & manifesta, & favorabilia esse, (quæ distinctio & ipsa supervacua, in certis enim conjecturis opus non est) in distincte odiosa esse contendentibus respondet, esse quidem gravamen ex parte restituentis sed commodum ex parte fideicommissarii; quid magis ambigue dici potuit unquam? Restat igitur regulam, huc plane applicari non posse vel rarissime saltem.

X V.

De secundo effectu perinde non constat, quidam hæreditatis petitionem, actionem ex testamento quidam, denique & rei vindicationem quidam. Sed distinguendum est tempus antequam fiduciarius restituit,

FIDEICOMMISSUM TACITUM.

restituit, & postquam; seu, alia actio est quæ datur contra fiduciarium ad restituendum, alia est quæ datur contra tertium ex restituto jure hæreditario; porro inter fideicommissum expressum & tacitum, & hoc utrum per actum inter vivos (hoc enim actionem personalem solum inducit ut *ib. 3.* dictum,) an ultimam voluntatem constitutum sit, in hoc enim concedo quod habet *Gail. 2. O. 113.* actionem ex testamento dari, licet testamentum rescissum sit querela inofficiosa, non obstante quod causa redacta ad intestatum non possit peti ex testamento; satisfacit *Fachin. l. 4. Controv. C. 10.* Alias regulariter verum est fideicommissarum contra fiduciarium nec hæreditatis petitionem, nec actionem ex testamento, instituere posse nec rei vindicationem contra tertium antequam possessionem nactus est, competere *Lauterbach. ad SCt. I reb. lit. E.* nisi in fideicommisso familie; contra tertium enim petitionis mentio fit in *l. 69. §. 3. ff. de leg. 2.* adeoque *Huberus prælect. p. 3. l. 36. Tit. 1. memb. 2. §. 5.* verbo vindicationis recte utitur, *l. 1. C. com. de leg.* meminit quidem actionis in rem sed obscurius, licet *Oldendorp. Clas. 5. A. 7. §. 5.* & *Schilter. Ex. 40. thes. 32.* actionem ex testamento, si fideicommissum ex testamento relictum *thes. 35.* Imo hodie indistincte fideicommissariam hæreditatis petitionem concedat, quod cum directo pugnet cum *l. 1. ff. de fideic. her. per.* nescio an procedat, licet & *Brunnem. Conf. 23.* fideicommissariam hæreditatis petitionem ad substitutiones & pacta hæreditaria extendat *n. 18.* in hoc plerique convenient quod imploratio officii Judicis, condicatio ex lege competit. Quicquid hujus, sit re ipsa serè convenient, nisi quod in graduali ubi competit facultas rem alienatam revocandi, in rem actio esse videatur.

X V I.

Quibus, contra quos & ad quid hæc actio detur ex superioribus evidens est, scilicet in puro ad res hæreditarias relictas præcise, vel quoties alienatio non rescinditur ad præmium. In conditionali, vel cum ad diem debetur interim ad cautionem *l. 12. ff. qui facit.* *Christin. V. 1. D. 84 n. 8.* & inventarium conficiendum, exhibendum & rationes reddendas, in primis in graduali, cum ibi administratoris loco habeatur *idem V. 4. Dec. 14. n. 4.*

E P I L O G U S.

T H E S I S I.

JAM quæ fideicomissa aut ipso jure annullant, aut rescindunt, diminuunt, ex præcedentibus facile colligitur. Id solum addo tacite non facile revocari; sic cum reliquo fideicomisso, postea aliud testamentum fecit ibique alium quidem instituit hæredem, sed fideicomisso non expresse revocato, posterius quidem testamentum tenet, sed res transit cum suo onere, & hæres posterior fideicomissario, detracta quarta, restituere tenetur *Brunnens. Conf. 23. n. 13.* sane fideicomissa reciproca & correspectiva, sublato uno alterum etiam corruit ut in testamentis Conjugum idem *Conf. 38. n. 27.* In specie quoad fideicomissa per prohibitam alienationem, contraria ad quatuor capita nervose revocavit *Huber. prælect. p. 3. l. 36. tit. 1. memb. 2. n. 5.* quæ ibi vide.

I I.

Inter affinia taciti fideicomissi jeminet jus devolutionis de quo egregiè differit *Stockmann. de jure devolutionis*, differt tamen i. subiecto, quod hoc jus nonnisi liberis prioris matrimonii competat contra parentes ad secunda vota transeuntes *Stockmann. C. 1. pr.* Objecto quod solum in bonis immobilibus locum habeat *C. 3.* Effectu quod maius jus parenti in bonis devolutioni obnoxiiis competit quam fiduciario in bonis fideicomisso obnoxiiis *C. 1. n. 5. 6.*

I I I.

Tuæ jam Lector Benevolæ hæc omnia fidei committo utrum approbationem mereantur nec ne; id solum in fine monere licet, ut, cum prima plagula à Typograho exarata, viderim nimis amplam fere dissertationem, fere ultra dimidium resecavi, idque satis tumultuarie ob temporis angustiam, si igitur aut hiatus, aut alias male cohærentia apparent, huic imputes, Te ipsum vero, me meaque omnia in supremi numinis fidem optimam, ac clientelam potentissimam cuius nomen sit benedictum in æternum.

F I N I S.